





17  
ERNESTI FRIDER. WERNSDORFI  
THEOL. D. ET P. P. O. ALVMNOR. ÉLECTORAL. EPHORI  
COLLEGII THEOL. H. T. DECANI

COMMENTATIO

DE PRECE

H O S I A N N A

EIVSQUE IN LITVRGIA VSV  
IPSID SOLEMNIBVS IESV NATO SACRIS

P. P.

AN. MDCCLXV



---

VITEMBERGAE  
LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIT  
ACAD. A TYPIS

1765

NINNETI TRIDELA HERINSDOREI  
TITLO D E P R O V A T I M M O L E C T O R A I , E L I O N I  
COLLEZIONE STORICO DI T. DEONI

COMMEMORATI

DE PINEC

H O S I A N I

LIBRARY IN LIBRARY 1742

IPESI SOLEMNAVA ITSA NATA SVGRIS

B. b.

AN MDCCXVIA

EXCELSIOR

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CARLOW, CORK CITY  
CORK, IRELAND

DE  
P R E C E H O S I A N N A  
I N  
LITVRGIA GRAEC. ET LAT. ECCLESIAE

**R**prehendi ego quondam, nec ut puto sine caufa, mo-  
rem, qui in pontificio praeципue coetu regnat, latinac  
linguae in sacris publicis adhibendae. a) Non multo  
post, ne quis error offunderetur incautioribus, docui,  
non omnem linguae minus cognitae usum in sacris  
esse penitus reiiciendum, sed recte a nobis modicum aliquem  
tolerari. b) Sequuta est deinde commentatio de *Halleluiah*, c)  
in qua illustri exemplo demonstrabam, non omnia peregrina  
uocabula e liturgia eliminari aut posse aut debere. Nunc,  
quum eius generis etiam alia quaedam sint, neque ullum eo-  
rum tam peruerse usurpatum reperiatur, quam formula illa,  
non laudis, uerum supplicationis, **HOSIANN**: constituimus,  
uelut in supplementum eorum, quae antea in cognati argumen-  
ti rebus a nobis dicta sunt, per huius libelli occasionem paucis  
exponere. Neque profecto consilium hoc nostrum alienum ui-  
deri debet ab hoc tempore, quo ad obeunda sacra, Christo natō  
sollemnia, **CIVES NOSTROS** initamus. Nam sunt, qui cantus  
illius angelici, quo ipso his diebus templa nostra personant,  
uerba haec apud Lucam, Δέξα ἐν ιψίσαις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη,  
idem significare dicant, quod ὁσιάννα, moti ea ratione, quod **LV-**  
**A 2** **CAS**

a) *Historia Lat. Ling. in sacris publ.*  
Lips. 1756. P. P.

b) *Progr. de sacerdote Lat. Lingua ad altare cantillante.* Viteb. 1761.

c) *Progr. de formula Vet. Ec-  
cles. psalmistica Halleluiah.* Viteb.

CAS adclamationem, Christo, urbem ingredienti, factam com-  
memorans, ubi reliqui uiae Iesu Scriptores MATTH. XXI. 9.  
15. MARC. XI. 9. IO. IOH. XII. 13. habent Hosanna, ibi habet  
ipse δέξα ναὶ εἰρήνην. d)

Eruemus igitur primum significationem vocabuli, ut, qua ra-  
tione Christo accini potuerit, intelligatur: deinde usum eius in  
cultu Dei publico, describemus, uidebimusque, tum quando il-  
lud in ecclesia Graeca et Latina Doxologiae Maiori additum  
usurpari coepit ante consecrationem eucharisticae, tum quibus  
in hymnis ecclesiae nostrae adhuc usurpetur, idque an recte fa-  
tis conuenienterque fiat, considerabimus.

Constat

d) IOH. IAC. CRAMERVVS ad Cod.  
Succa, f. de Fefto Tabernac. ed. Dachis.  
p. 251. de voce ὄναριον agens scribit:  
Quid populus ille sibi per istam vocem uolu-  
erit, ex ipsis mente egregie Lucas ex-  
ponit, qui eo loco, quo caeteri habent  
ὄναριον in τοῖς ἵψισι, id uerit εἶγεν in  
τραχῇ καὶ δίζεται in ἵψισι, atque mibi qui-  
dem nostra per omnia gemina uidetur an-  
gelorum acclamatio, Luc. II. 14 item  
IOH. FRIDER. MAYEVR Eclog. hist.  
theol. de Dominicâ Palmar. p. 4 quam  
obseruasset, Veteres quosdam cum Cle-  
mente Alexandr. ὄναρια expone-  
re φῶς καὶ δίζεται καὶ ἀνα μετὰ ιερ-  
ων τῷ κυρίῳ hanc notam subiicit: In-  
dulti sunt a Luca, qui pro ὄναριον in τοῖς  
ἵψισι, quod est apud Matthaeum, habet  
εἰπὼν in τραχῇ καὶ δίζεται in ἵψισι: ex qui-  
bus locis colligere possit, angelos queque  
Luc. II. 14. in natiuitate Christi Hosan-  
na adclamasse. Sed nomen ὄναριον diui-  
nissimis cantici angelici non omnino com-  
plecti uidetur, et differentia haud exi-  
guia est inter exclamationem angelicam,  
et illam, quae Luc. XVIII. 38. memo-

ratur, si uerba Scriptoris sacri rite apud  
animum cogitaueris. Magis placet tier-  
cio cantus angelici haec: Gloria (fit)  
Deo in excelsis: (nam) super terra (est)  
pax. (O) beneplacitum Dei in homini-  
bus, quam adserit et philologicis rationi-  
bus munit CHRISTIAN. LUDOVIG.  
SCHLICHTER ad calcem Eclog. his-  
tor. qua fabula pontificia de Luca Pittore explo-  
ditur. Halae, 1734. ed. nisi b. LVTHERI Vé-  
terumque Verbi ei palmam praecriperet.

e) Doce hoc contra Kircherum pro  
Syrinca, item contra Kirfennium in No-  
tis ad Euang. Math. pro Arabica pu-  
gnantem ostendit DAN. WINZERVS  
duabus disp. Lip. 1677. ed. de adcla-  
matione natiua Hosanna insertis Tom.  
2. Thesaur. theol. phisolog. Meniben-  
v. 164. vbi de vocis etymologia pre-  
cipue agit; de qua similiter expoluerunt;  
10. GEORG. BINDRIM disp. Rost.  
1671. et GEORG. NOTDVRFT Brunsv.  
1713. Alieniora sunt, quae ad inter-  
pretationem istius vocabuli conculcauit  
CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIVS  
disp. th. de Hosanna Tübinc. 1749.  
Varia

Constat autem, Hosanna esse non aut Syriacam, aut Arabiacam, aut Graecam, uocem, e) sed Hebraicam, ex חָוֹשִׁיעַ נָא. Ea semel tantum in V. T. Psalmo CXVIII. 25. occurrit, f) est que adclamatio, qua rogatur Deus pater, ut Messiam a passionebus et morte saluum praeferset. Salua quæso Domine Messiam. g) Ideo b. LVTHERVUS egregie reddidit: O Herr hilf. h)

Eadem uox in N. T. legitur apud MATTH. c. XXI. MAR-  
CVM c. XI. IOH. c. XII. qui singularia illa narrantes, quae Christo Hierosolymas postremum ante mortem ingredienti obtigerunt, populum, aiunt, viam ramis arborum honoris caussa conseruentem i) filio Dauidis in nomine Domini aduentanti ὥστε

A 3

vñ

Varias uariorū sententias commemo-  
ravit et adcerate diuidicauit IOH.  
CHRISTOPH. WOLFIUS *Curis Philol.*  
ad Math. XXI. p. 299.

f) Pertinet ille Psalms ad *Magnum Hallel*, quod in diebus festis, præcipue autem in Paschate, canere conuerterunt Iudei, Math. XXVI. 30. Marc. XI. 26. Esse Messianum ex Matth. XI. 9, 42 planum et euidentes est. Rogari autem Deum patrem, vt Messiam saluet, lapidem ab aedificiis reiectum, patet ex connexione uerf. 5. et ex Iesiae LIII. 8. Ioh. XI. 27.

g) Hae preces Messiae, ut salutem ipse praeferset Deus pater, non officiant eius diuinitati, aut impotentiam indicant hominis, qui, quod se ipse saluare non possit, alterius ope indigeat. Matth. XXVII. 42. Luc. XXII. 35. Nec enim, indiguit Salvatorem Messias, qui semet ipse saluauit Ies LIX. 16. LIII. 5. ut ipse ἀνεκπαραγίνεται ex mortuis re-

fuscebat, Ioh. II. 19. X. 18. per spiritum h. e. per animam suam 1 Pet. III. 18. eadem donatam δυάσεις, quae et Patris est, Ioh. V. 21. Nam hoc ipso diuinitatē suam demonstratam dedit, quod se spiritus sui virtute ipse relasciuit. Stat enim haec sententia stabirque defensa illa olim contra Socinum, Smalcium, Eniedium a I. A. QVENSTADIO Syst. theol. P. III. 4. p. 435. et nuper admodum contra librum doctrinae christiane Tellerianum Socinianum denuo protrudenter in Collega iunctissimo Ve- nerab. WEICKMANNO.

b) Negant τὸ Hosanna in aliam linguan transfigri posse aut debere HIERONYMVS Epist. 145 et AVGV-  
STINVS l. 2 de Doctr. Christ. c. 12. Sed rationes epidem non video. Nam, quas pro *Hallelujah* uet. ecclesiae docto-  
res adserunt, a me in dissertatione de hac formula pag. 10. commemoratas,  
eae uidetur mihi pro hoc vocabulo  
minus ualere.

i) ANGELVS CANINIVS L. de Lo-  
cis

væ adclamasse. k) Neque dubium esse debet, quin, et si eodem tempore sint etiam laudes Christo dictæ, LVC. XVIII. 38. tamen haec adclamatio fuerit hominum pro salute illius uota facientium, Deumque his quasi uerbis obtestantium: *Salutem praefla filio Davidis.* l) Resuscitarat Christus Lazarum, duobus caecis uisum reddiderat, Hierosolymas abiturus ad Pascha concelebrandum prænuntiarat fore, ut ipse gentilibus traditus occideretur. Non poterat fieri, quin harum rerum fama, propter Berthaniae vicinitatem Hierosolymis cito sparsa, commoti Pharisei occidere illum iam serio cuperent, eiusque manifestum odium

præ-

cis N. T. Hebraic. c. 4. per τὸ ἄντα intelligit πάια s. arborum ramos, putatque turbam, quae hac adclamacione Christum exceperit, uoluisse dicere, sc̄ *Hosanna b. c. salicūm, palmarum aliarumque arborum ramos ferre filio Davidis,* coequa factio Messiani illum agnoscere. Hebreos enim ex Leuit. XIII. solitos fuisse in Tabernaculorum festo manibus gestare salices et ramos palmarum subinde ingeminantes *Hosanna:* inde factum esse, ut ipsi rami apud Hebreos non raro dicti sint *Hosanna.* Quoniam autem hoc uocabulum ex Ps. CXVIII. defunctum, recte ab ORIGENE per εὐαγγελίον ab HIERONYMO per *saluum fac,* explicatur; satis audacter querit exillis ANGELVS quem sensum gignat si dicat: *Salua quæsō filio David.* Sed rectius ex Canonic uicissim querit I. F. MAYER Eccl. Dom. Palm. quid sibi uelit si dicat: *rami arborum in excelsis.* Sane adhuc incertum est, an adclamatio ista ex ritibus festi Tabernaculorum facta sit. Scio, diebus illis festis Iudeos hac prece uti; festum ipsum uocari *הַרְוָשָׁה:* diem eius septimum, qui Ioh. VII. 37. μηγάλη τῆς ιορδανῆς dicitur,

citur, ideo adpellari *Hosanna magnum*, eo quod illo die altare uel arcum legis septies circumantes hanc prece identidem repetant: Scio, preces huius diei uocari *הַרְוָשָׁה*, nec ignoro, *Luljif*, h. c. fasciculum aliquem ex ramis palmarum, myrtorum et salicūm confectum Leuit. XXIX. 40. dici *הַרְוָשָׁה* propterea quod in eius circumgestatione atque agitatione *Hosanna* ingeminare solent, ut docet GABRIEL GRODDECKIVS de ceremoni. palmar. apud. Ind. fest. Tabernac. c. 7. Nihilominus tamen uidetur inibi esse vero proprius, repetitum esse *Hosanna* ex Psalmi uerbis *בָּנָה וְהַזְּהִבָּה הַרְוָשָׁה נָא* pro seruando Messia conceperis, quae in Evangelii timiliter pro salute filii David, non populi, contra quam in festo tabernaculorum fiebat, prolata ualent. In tabernaculorum contra festiuitate sc̄ sua que commendabant Deo, usi hac solemnissima precum formula *Hosanna*, cuius uarius potest esse sensus: *Salua Deus populum, salua nos, salua me precans rem.*

k) Celebratus hac nomenclatione fuit orsus

prae se ferrent. Itaque quum Hierosolymas pergeret Christus, clamabant qui eum comitabantur, Hosianna, i. e. Iesum hunc, qui tanta miracula fecit, serua o Deus ab odio illorum, qui eius uitiae insidiantur. m) Post ea in templo pueri, quum uiderent Christum, ringente clero Iudaico et minas spargente, nundinatores exturbantem, caecosque ac claudos sanante, similiter ei adclamabant: quod est illud Hosianna ἵνα ψιστος, nempe adclamatum in excelsis urbis Hierosolymitanae locis, in monte Sion et Moria, quibus arx Dauidis et templum superstructa erant. \*)

Si

ortus Messiae, qui erat filius Davidis ex omnibus illius posteris eminentissimus *Marth.* XXII. 42. regius demonstratus ex genealogia duplici. *Marth.* I. *Luc.* III.

I) Docet **HIERONYMVS** Epist. 145. ad *Damas.* τὸ ὄντα litera vocali media εἰλία *Oſanna* corrupe, multo rectius *Hosianna* dici. Nam compositam esse uocem ex יְהוָה *saluum fac*, et deprecantis interiectione נָמָן obsecro. Hinc quia Graeca praecepit verba uidebantur solecismum continere ὄντα τῷ νῦν Δα-  
vid cum dativo, *saluum fac obsecro filio David*, subaudiendum putarunt: sic precarum. Sed hac medicina non opus est, quia Hebr. יְהוָה et alia transi-  
tiva, non tantum cum accusativo, sed etiam cum ὅ i. e. dativo, ubi per open ferre exprimitur, construuntur. Postu-  
lare autem hunc casum *beschach* patet ex *Pſalmo LXXXVI. 18. LXXII. 4. Prou. XX. 22.* Itaque τῷ νῦν capitur pro τῷ νῦν serua obsecro *filium David*. Bene, fortuna eum, successum ei da pro-  
sperum. Sic bene ac sapienter factum

a sacris scriptoribus Graecis, quod retenuta uoce Hebr. *Hosianna* retinuerint et iam Hebr. constructionem τῷ νῦν. Confer Autores a **WOLFIO** in *Curis* ad l. l. adductos. et **IOH. STEPH. DVRACTVM** de *Ritibus Eccl. Catholicae* p. 291. edit. *Luggd.* 1675. in 4.

m) Ita causas huius supplicationis exponit **FRANC. BERNARDIN. FERRARIUS** I. VII. de Veterum adclamacionibus et plausu c. 8. 9. Tom. VI. *Theb. Antiqui. Rom. Graecu. PETRVS DAN. HVENTIVS* contra, in *Obseruati. et Not. ad Commentar. Orig.* in *Mattib.* at, hanc uocem destinatam esse laetitia, gratulationi, ac triumpho, et honoris tantum causa Christo suclamata fuisse, quae licet ex se minus conueniret, ex populi tam tam tripudiantis consilio maxime iudicandam esse, haud aliter ac uocem noel a laetitia nativitatis Christi dictam, et quandam Galliae principibus adclamatam. p. 76. edit. *Colon.*

\*) Dicuntur *excelsa urbis*. Proverb. IX. 3. 14. quae his in montibus erant, haud fallaci argumen-  
to, *Hosianna* ibi cantandum maxime. Quod et factum ab infantibus in tem-  
plo

Si ergo et etymologica et sententiae ratio docet, *Hosianæ* indicare supplicationem et preces pro alterius salute, non esse formulam laudis aut ἐπινίον: si qui sunt ueteris ecclesiae doctores, qui uocabulum hoc aliter interpretentur, qui plurimi sunt, eos minime audiemus. Ita CLEMENS ALEX. <sup>n)</sup> cui accedit SVIDAS <sup>o)</sup> gloriam uertit. Falsus ille IVSTINV<sup>s</sup>, M. p) reddit μεγαλωσύνην ὑπερβολὴν. AVGVSTINVS putat intercessionem esse laetantis et obsecrantis. q) Auctor operis imperfecti in Matth. quod CHRYSTOMO <sup>r)</sup> tribuitur, incertus haesitat. HILARIUS <sup>s)</sup> et AMBROSIVS <sup>t)</sup> redēptionem dominus Dauidis significari autumant, quorum opinionem iam HIERONYMVS <sup>t)</sup> confutauit.

Neque uero mirandum est, Patres ecclesiae antiquae, literarum

pl. Matth. XXI. 15. Neque tamen refragarer, si proper constantem antiquis sententiam, et Psalmi CXXXVIII. uersum 1. dicas, *Hosanna* resonare debuisse in supremo aere, intonantibus angelis et saluationem Melliac expletentibus.

<sup>n)</sup> in Paedagogio L. I. c. 5. dicit quod *Hosanna* Graece sit Φῶς καὶ δόξα καὶ ἀνάμυδες ιατρεῖς τῷ νῷ Δαβὶδ, καὶ δέξας δόξα τῷ υἱῷ Δαβὶδ, οὐτε τὸ στοντὸν δέξας οὐκέτι. *Papa* τοι δὲ, εὐστοντὸν δέξας. *Hosanna* Gloriam significat. Nam et aliis Euangeliſta dicunt: pars filio David, et aliis gloria filio David. Quamobrem *Hosanna* gloriā significat, opus quiesdam uero: serua iam, sed non recte. Errat SVIDAS, apud solum enim Lu-

cam XIX. 38. legitur εἴρην οὐ τῷ εἰρητῷ δόξα οὐ δύσιος. Id quod praeter Hosianam adclamatum fuit Christo.

p) Auctor *Qu.* et *Resp.* ad *Orthodoxos*. *Qu.* 50 pag. 460. edit. Benedictum. ita instituit, ut, quia olim paterni; iam uero adulti, dum hymnos cantent, uoce Hosianna et Hallelujah utantur, scire cupiat, uocum interpretationem. et *Resp.* *Hallelujah* est: laudate cum cantu *Hosianam*, nam autem magnificientiam supereminenter, quam alii reddunt, magnitudinem supremam.

q) L. 2. de Doct. Chriſt. c. II. et in Iohann. Tr. 51.

r) Homil. XXXVII. ex c. 21. in Matth. ad calceum T. VI. edit. Montfauc. p. 158. ait, quosdam *Hosianam* interpretari gloriam, alias redēptionem, alias salutificam. Nam et gloria Chriſtus debetur et redēmio illi conuenit, qui omnes redēmis et preciosi sanguinis effusione saluauit.

rum Hebraicarum ignaros in explicando isto uocabulo hallucinatos esse. Hoc miramur, esse adhuc nostro tempore viros doctos, qui existiment, laudantis formulam esse Hosanna. \*\*) Ex plicauerat autem iam ante Hieronymi aetatem formulam hanc recte ORIGENES per σῶτον δὲ. u) Hanc interpretationem probarunt ex Graecis THEOPHYLACTVS, x) ex Latinis HIERONYMVS, quem, ut uidetur, sequutus est in Originibus ISIDORVS HISPALENSIS: y) nam alio loco valde inconstanter ait, per Hosanna in excelsis ad Dei laudem uocari terrestrium creaturarum uirtutumque caelestium uniuersitatem. z) At illi sic intellexerunt, quasi Christo aclamatum esset, non ut Deus ipsum, sed ut ipse populum suum seruaret. a)

Nec tamen, utro modo fuerit intellectum, uidetur caussam ha-

s) in Matth. c. XXI.

\*) in Luc. c. XIX.

\*\*) Epist. 145. ad Dardanum Papam.  
Opp. T. 3. p. 83. edit. Fr.

\*\*) Testes huius rei sunt Homiliae aliquot, super ad celebrandum diuinum pacis instauratae munus vulgatae, ubi auctores, quorum nominibus parcimus, titulum fecerunt Hosanna, satis hoc ipsi indicantes, se Halleluiah et Hosianis pro Synonymis habere et laudantis lactantisque uocem opinari.

u) Commentar. ad Matth. P. I. p. 438. edit. Colon.

x) in cap. XI. Marci p. 252. edit. Morell. Paris. Τὸ ὄντα κατὰ μὲν τίνας γραμμένα σῶτον δὲ, κατὰ δὲ τίνας οὐγενεῖς υπειπον πλὴν κριτήτω τὸ πεῖτον. Hosanna iuxta quoddam significat salua obsecero, iuxta quoddam vero hymnum. Reclius tamen est, quod primo dictum.

Confer paria eius ad Matth. XXI. p. 121.

y) L. VI. c. 19. Saluifica, subaudiendo uel populum, tuum uel totum

mundum, interpretatur. Ex Hieronymo autem haec illum haussisse, obseruat Grialus in Notis p. 540. edit. Opp. Colon. du Breul.

z) L. I. de Ecclesiast. Offic. c. 15; ad ditique Hosanna in excelsis cantari, quod, Salvatore de genere David nascente, salutis mundi usque ad excelsa peruenisset, vide HVG. MENARDVM ad Sacramentorum. Greg. M. T. III. Opp. edit. Bonedit. p. 282. Bene ISIDORVS. Si putat: salutem, Christo nascente, ad excelsa peruenisse, intonantibus in supremo aere angelis et saluationem Messiae expectantibus. Sin uero, ut plerique Scriptores de Div. Offic. et FLORVS MAGIST. in Expos. Misericordie habent, aduentum Christi in carne putat, non solum hominum in terra, sed et angelorum in caelis fuisse salutem, profecto minus recte statuit.

a) Negari non potest uocem Hosanna uariis modis exponi posse. Velenim  
B oratio

habuisse HIERONYMVS b) quare morem illum ueterum Christianorum reprehendat, qui Episcopis et Presbyteris aduenientibus obuiam progressi adclamabant illis *Hosanna*. c) Siue enim haec adclamatio significet, saluum praesta o Deus episcopum nostrum, siue populum tuum fac serues noster Episcope: sine ulla offensione utrumque dici potest. d)

Geminus quidem loci EVSEBIANI sensus est, ex HEGESIPPO narrantis, Iacobo Iusto Episcopo Hierosolymitano, quum martyrium subiret, adclamatum fuisse: *Hosanna filio David*. e) qui induxit nonnullos, ut arbitrati sint, HEGESIPPVM dicere non Iacobo, sed Christo, quem ille confessus erat, hoc dictum fuisse.

oratio dirigitur ad Deum Patrem, uel ad Messiam. Si prius, complebitur preces pro salvatore Messiae Pf. XXXX. 14. 18. CVIII. 21. 26. uel populi, uel omnis orantis, uel pro salvatore Messiae et populi coniunctim. Si poterius, pro nostra, pro populi salvazione oratur, Pf. XX. 10. Ief. XXXIII.

22. Ierem. XXX. 7. Hof. I. 7.

b) Comment. in Matib. c. XXI. T. VIII. Opp. ed. Frf. p. 51. Videant Episcopi et quantumlibet sancti homines, cum quanto periculo di i isla sibi patiantur, si Dominu cui uire hoc diebatur, quia nec dum erat solidam credentium fidem, pro crimen impingitur.

c) Morem cognoscimus ex ANTONINI Monachi Itinerar. Hierosolymit. p. 30 „Venerunt mulieres in occurrence nobis cum infantibus, palmas in manibus tenentes, et ampullas cum rofacito oleo: et prostratae pedibus nostris plantas nostras ungebant, cantabantque lingua Aegyptica, psallentes antiphonam: Benedic uos a Domino, benedictusque aduentus uester,

„Osanna in excelsis.“ Plura de hac re habet HENR. VALESIVS in Notis ad Eusebii Hist. Eccl. p. 79. edit. READING. et IOS. BINGHAM Origin. Eccl. T. I. edit. Lat. p. 135. cum quo confert IOH. BEHM. diff. de antiqua ratione compellandi episcopos per coronam. Regiom. 1712. P. P

d) Menini quosdam concequere non posuisse, quam b. Pater meus Christiano Duci Sax. Leucopetr. pro concione in Dom. Palmari. *Hosanna* adclamaret. Nam, quin Princeps per hanc urbem transiens concionantem illum audiret, exceptus hac formula est, quae boni uoti causa dicta, iure reprehendi non potest.

e) Ait HEGESIPPVS apud EVSEBIVM Hist. Eccl. 2. c. 23. Iacobum, in fastigio templi positum, Iesum reuerat Christum generisque humani redemptorem praedicasse, pergitque, καὶ πολλῶν πληρωθεῖσαν καὶ διεκριταν ιερον τῆς μαρτυρίας τὸν Ἰάκωβον, καὶ λεγόταν ὁσιανὸν τῷ οὐρανῷ Δασδί, τοῦ πάλιν, κ. τ. 2. quod interpretantur, a ludacris quibusdam, Christi

fuisse. f) Nihil tamen impedit adfirmare, praecipue, quod a moribus istius aetatis haud alienum illud fuit, Iacobo hanc formulam fuisse succentam, quippe Iosephi, adeoque Dauidis filio, praeter ea episcopo, qui aevi sui miraculum credebatur, g) et tantae abstinentiae, sanctitatis et rumoris in populo fuit, ut simbriam uestimenti eius certatim attingere cuperent. h)

Plurimum differt haec religio ab illa stulta imitandi Christi ratione, qua quondam Graecum Ruthenorum Patriarcham uti solitum perhibent, in solemini, quae quotannis fiebat Dom. Palmarum, processione: qui equo albo uestitus, et uestibus indu-tus candidis, populum sibi adclamare iussit Hosanna, i) Quam

B 2 qui-

Christi fidem amplectentibus, clamatum  
fuisse: *Iesu Christo palma et uictoria,*  
nimisimum proper testimonium ipsi a  
Iacobo perhibutum.

f) HENR. VALESIVS ad Eusebii  
l. l. et I. E. GRABIVS in *Spicilegio*  
*Patr.* Sacc. II. p. 207. quibus adsen-  
tiri uidetur BINGHAM l. I.

g) Est haec SCALIGERI in *Animaduers. Euseb.* sententia, contra quem ideo pugnat *Valesius* ad *Eusebium* p. 79. edit. *Reading.*

b) teste HIERONYMO *Comment.* in Galat. I.

i) Describit ceremoniam istam D. AN.  
WINZERVS diss. de Hofanua §. 32. et ex  
Itinerar. Rurb. repetit his uerbis: Das  
große ruffische Fest die Einweihung Christi  
zu Ierusalem vorstellend geschilderte mit  
einer großen Menge Volks und Pracht. --  
Der Patriarch saß auf einem weißen  
Pferde (libellus quidam Vniersa  
religio Ruthenica inscriptus et an. 1695.  
editus, sed futile ille, p. 49. ubi

zandem rem commemorat, ait, ob  
penuriam asinorum in terris Rute-  
niciis equo aures adfingi, ut esse fo-  
lent asellorum.) bekleidet mit weisser  
Leinwand in Person des Herrn Iesu. Der  
Kayser selbst von zweien Bojaren geführt  
leiere das Pferd beym Zaum — Der Pa-  
triarch batte eine runde Mütze auf'm  
Haupt mit Perlen gesizert, über welche  
eine Krone stande. In seiner rechten  
Hand hault er ein goldnes Kreuz —  
mit welchem er das Volk so zu ihm na-  
here segnete. Er fäß überzweig auf sei-  
nen Pferde mit kostlichem Zenge als ein  
Esel aufgezackt — Der Weg  
war mit rothem Tuch belegt —  
Der Adel, die Bischöfe, Pfaffen folgten,  
und trugen einen grossen Baum  
von Seide geflochten woran Apfel, Fei-  
gen, Rosinen, nach — Die ganze  
Gemeinde streute Palmenzweige und  
Blaetter auf'm Weg, viele trugen Zweige  
in Haenden und riefen allejamt. Ho-  
fianna dem Sohne David, Gelobet sey  
da der koemmt im Namen des Herrn.  
Hofsianna in der Hoehe.

quidem uanitatem aliquanto minus mirabitur, qui nouerit Christianarum quarundam Orientis ecclesiarum rationem, a qua sine dubio res ducta in hanc inanem ceremoniam degenerauit. Ecclesiae Aethiopicae et Syriacae k) Dominicam palmarum eadem fere ratione, qua Iudaei festum Tabernaculorum eiusque septimum diem, quam *Hosanna Magnum* dixerunt, celebrabant, memoriam adclamationis Christo factae, palmarumque illi stratarum, sollemni modo recolentes. Hinc est quod huic Dominicæ nomen tributum est *festi Hosannarum.* l) In occidentis uero ecclesiis media aetate similem consuetudinem obtinuisse, illud satis declarat, quod Dominicam Palmarum et ipsae *Ozannæ* dixerunt. m) Multo maiorem reprehensionem meretur illa Pontificiorum in Dominicâ Palmarum Procesio, qua, ut *GVIL. DVRANDVS* n) ait, imitari student *Hosanna* illud Populi Israelitici. Quin et haec infania olim in quibusdam illorum ecclesiis valuit, neque enim credo eam adhuc hodie locum usquam habere, ut quasi personatum Christum, circumducerent aliquem truncum, asino ligneo impositum, cumque magnis adclamationibus et stratis palmis exciperent. o)

k) De Aethiopibus res constat ex SCALIGERI l. IX. de *Emendat. Tempor.* p. 700. De Syriacis autem ecclesiis l. 0. S. SIM. ASSEMANVS idem refert Biblioth. Orient. Clem. Vatic. T. I. p. 23. Dies *Ozanna* occurrit apud ABVLFARAGVM *Hist. Dynast.* p. 163. ed. Pocok.

l) uid. CAES. BARONIVM *Aunal. Ecclef.* ad. A. C. 34. n. 6. ubi locum adfert ex Targum libelli *Esther.* c. 9. ad cognoscendos illorum dierum ritus compotitum.

m) Quam plurima exempla, quae diem illum in ecclesia Lat. *Ozanna* dictum indicant, collecta habes a du FRESNE in *Glossar. ad Scriptor. Med. et Inf. Latinis.* T. I. P. II. p. 874. edit. Benedictin. nonnullis Basileae typis repetitata.

n) *Rational. Diu. Offic.* l. VI. c. 47. describit et explicat processiones eius diei superstitioe in Lat. Ecclesia institutas. In Palestinam, quas auxipius Rom. Pont. recentior aetas inuexerit, memorat FRANC. QVARESIMVS in *Elucidat. Ter. Sanct.* T. II. 4. c. II.

o) Rem exposuit Latinis versibus. IRNAOGEORGIVS L. 4. *R.igni Papist.* c. 15. Vehementer illam improbat NIC. HAAS in der Abbildung der Passion und Fastenandacht in der Röm. Cath. Kirche his verbis: *Welch ein Spiel treiben an vielen Orten mit dem Palmesel, da man einen hölzernen auf einem Gestelle mit Raedern fahrenden Esel, darauf ein Menschenbild sitzen, durch die Kirche in der Procesion, mit Gesang und Gesbrey herumziehen, demselben Zweige*

Sed uideamus iam usum uocabuli *Hosanna* in ecclesiae Graecae Liturgia... Est autem apud Graecos vox laudis tantum et glorificationis Dei, non laudis cum supplicatione coiunctae; neque alia praeter hanc significationem in libris eorum ecclesiasticis, Eulogiis, Typicis, Triodiis occurrit. Atqui facile intelligitur, eo sensu uocem a Graecis minus recte usurpari. *Hosanna* non sunt laudes, verum est supplicatio pro saluacione Mesiae ex vi hostium eius, olim facta, cui dudum exaltato et saluato eo sensu accini non potest, nisi nostram salutem respicere uelis, quam hac prece expectamus uelut dicentes: salua nos o Deus.

Canunt autem Graeci *Hosanna* in *Hymno Matutino*, ubi pars. est eius Doxologiae, quae ἵ ψεγάλη dicitur, ut ab altera, in breve uerborum compendium contracta, distinguitur. p) Canunt in *Missa fideliūm*, sive in *officio*, quod a praemissa ante glorificatione Dei pro omnibus ipsius donis et beneficiis *eucharisti* cum dicitur. Nam **CONSTITUTIONES** falso sic dictae APOSTO-

B 3 LICAE

Zweige von den Bacumen auf den Weg streuet, und viele sich für eine grosse Ehre halten, so sie etwas dagey zu ihu haben — — Was soll daraus für Erbauung zu erhalten seyn, welche Gedanken müssen entstehen bey denen die es zum erstenmal sehen. Türkische Gefänden als sie dergleichen zu Crackan geschen, haben die Haende aufgehoben und gerufen: O was für Schande einen Efel anzubeten. p. 187 ubi etiam Noegorji uersus in theoricos translati leguntur. p. 188.

p) Vide TH SMITH *Miscellanea de Hymno Matutino Graecor.* p. 133. Adpellatur etiam hymnus angelicus, quod eundem nato Iesu modulati sunt angelii. Luc. II.

Hoc loco, ut ea, quae a me postea dicentur, adcuratius intelligantur, ad-

notandum est, quatuor esse hymnos, qui in Liturgia ad diuinias laudes adhucantur: qui quamquam sunt distincti argumenti et diuersae adpellationis, tamen plerumque confunduntur. Primus est hymnus angelicus: *Gloria in excelsis*, alter *Trisagium*, tertius *hymnus cherubicus*, quo Cherubinorum uoces aemulari uoluit ecclesia, quartus *Epinicium*, scilicet uictoriae et triumphi felix adclamatio, diuersae tamen formae a profanarum gentium antiquis epinicis, ligato plerumque sermone compositis, quam exposuit I. G. BERGERVS diss. de *Epinicio* Viteb. 1705. Vide diss. CHRISTOP. MATTH. PFAFFII *de recta Theologie hymnodicae conformatione*

p. 13.

LICAE r) docent, hunc fuisse populi in isto officio cantum: *Eἰς ἄγιος,  
εἰς Ἰησὸς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεῷ πατέρες, εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰωνας,  
άμην.* Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰς νῦν, ἐν ἀνθρώποις εὐδό-  
κια. ὡσαννά τῷ νῦν Δαβὶδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου,  
Θεος πάντων καὶ ἐπεφάνη ἡμῖν. ὡσαννά ἐν τοῖς ὑψίστοις. Vnus san-  
ctus, unus Dominus, unus Iesu Christus in gloriam Dei pa-  
tris, benedictus in saecula, Amen. Gloria in excelsis Deo, et  
in terra pax, in hominibus beneplacitum. *HOSANNA filio Da-  
uid.* *Benedictus ueniens in nomine Domini, Deus Dominus et adparuit  
nobis.* *HOSANNA in altissimis.* Eadem fere in LITVRGIA,  
quam CHRYSTOMI s) esse volunt, leguntur post hymnum  
victoriae, quem chorus cantat: *ἄγιος, ἄγιος πάντων Σαβαὼν,  
πληρὸς ὁ δόγανός, καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σος.* ὡσαννά ἐν τοῖς ὑψίστοις:  
ἐνλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι πατέρων ὡσαννά ἐν τοῖς ὑψίστοις.  
Et quamquam haec *divina Chrysostomi Missa*, non est Chrysostomi,  
tamen eam ueritati consentire docuit non modo ex illius,  
uerum etiam ex CYRILLI HIEROSOLYMIT. scriptis IOS. BING-  
HAMVS. t) His addi potest LITVRGIA IACOBI Apost. quae in  
Ecclesia Hierosolymitana in usu erat planeque similia his habet. u)

Verum

r) L. VIII. c. 13. T. I. P. P. *Apo-*  
*stol. COTELERII* p. 409. ubi is obser-  
nat, non sacerdotem haec quondam,  
sed populum dixisse.

s) In *Euchologio* f. Rituali Graecor. a  
IAC. GOARO Paris 1647. ed. p. 76.  
Rhetoriciator bonus Goarus more suo  
p. 135. in *Natis*, rationem ostendere  
uolens, quare sit epinicum cum *Hosian-*  
*na* in canone Missae coniunctum. Sed  
nihil agit, quia, conuenienter id fieri,  
nec docuit, nec docere potuit. „Domino,  
„inquit, *Deo exercituum* in sublimi glo-  
„riæ throno sedenti, caelestis militiae  
„duci, inimicorum legionum debellato-  
„ri felicissimo, victoriaque omnis dato-

„ri, angelici spiritus, uidente Iesaiā  
„c. VI. ἵπποις πατῶνται triumphalem  
„bynum, Sanctus, Sanctus, Sanctus  
„Dominus exercituum, plena est omnis  
„terra gloria eius, cecinerunt. Eidem,  
„carne humana instruto et armato, ad  
„prosternendos Israelis hostes proceden-  
„ti, ueluti imperatori Aug. Perp. Felici,  
„triumphum victoriae cantu bene omni-  
„natae sunt Hebraeorum turbæ,“ car-  
nentes ἵπποις, *Ossanna in excelsis*, *Benedi-*  
*cias*, qui uenit in nomine Domini.

t) Orig. sue Antiquit. eccl. T. VI.  
edit. Lat. p. 312.

u) Biblioth. Patr. Gr. Lat. T. II. p. 12.

Verum et si hunc triumphalem hymnum, quemadmodum loquitur IAC. GOAKVS, *m)* ex angelorum et hominum uocibus compositum, Deo trino et uni, Verboque Dei incarnato, Graeca et Latina ecclesia simul, uno consensu, et quasi uno ore decantat, nondum tamen expeditum est, an recte hoc fieri potuerit, ut vox precum supplicationisque in laudatoriam conuerteretur, sicut nec recte angelica illa salutatio, *Ave Maria,* in precationem est commutata.

Nam in Praefatione Canonis Missae, qua utitur ecclesia Latina post Doxologiam, quae non multum diuersa est ab ea, quae obtinet apud Graecos, et ante Orationem Dominicam, quae consecrationi praemittitur, bis ingeminatur illud *Hosanna in excelsis.* *x)* Adferamus locum ex SACRAMENTARIO GREGORII M. *y)* ipsum, qui in Missa Romana sollempne illud, quo *Canon Gregorianus* incipit, *Te igitur clementissime Pater per Iesum Christum proxime praeceedit.* *Maiestatem tuam laudent angeli -- -- cum quibus et nostras uoces ut admitti inubeas deprecamur, supplici confessione dicentes.* *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua, Hosanna in excelsis.* *Benedictus, qui uenit in nomine Domini, Hosanna in excelsis.* Atque in hunc modum uerba quotidie in Pontificiis Missis recitantur. *Enim uero, quam antiqui scriptores de Missa, AMALARIUS, z) W-*

LAFRI-

*w) l. l. p. 135.*

*x) GYLV. DVRANDVS Ration. Diu. Offic. L. IV. c. 34; suauiter ineptam rationem dat, cur his dicitur *Hosanna,* nimurum propter duas partes salutis, quae sim stola mentis et stola carnis, quibus sancti beatificantur in gloria, ut uidelicet anima et corpore saluati inter angelos deputemur in excelsis sive in caelo. Paullo uero iorem caussam profert Cardinalis ille haud malus, IOH. BONA Tr. acer. de Missa c. V. §. 7. qui agit de offertorio: *Duae inquit pertitiones insunt uerbis iisus: Hosanna in**

*excelsis, quae bis repertuntur, et illis salutem postulas, et quae ad eam sunt necessaria, primo a Deo, deinde a Christo.*

*y) Libri Sacramentorum folio statim primo T III Opp. Gregor. M. edit. Benedictin. z) de Officio Missar. c. 23. p. 37. in IOH. COCHLAEI Spec. antig. deuot. circa Missam ait: „Veneramus maiestatem diuinam et incarnationem Domini. „Quae introducta sunt per cantum angelorum et turbarum. Angelorum concentus Sanctus, Sanctus, Sanctus „Dominus Sabaoth, maiestatem diuinam introducit. Turbarum uero Domini*

**LAFRIDVS STRABO** a) alii, ex **HIERONYMO** cognitum habent, *Hosanna* debere aliter ac triumphale carmen explicari: ut ostenderent **HIERONYMI** auctoritatem cum ecclesiae instituto posse confistere, dici non potest, quam contortas explicationes et quam inanes conjecturas super ea re in medium attulerint. Nam viderunt *Hosanna* esse *precem*, quemadmodum Auctor **MICROLOGI** b) totam ad laudes diuinæ compositam *προσῳδίαν* quæ Canonem Missæ antecedit, c) et **GREGORIVS M.** canonem ipsum, *precem* adpellarunt. d) Viderunt hanc *precem* cum hymno triumphali coniungi, eiusque coniunctionis caussas investigandas et indicandas esse consuerunt. Itaque hac uia se expedient, hymni ut duas constitui debere partes dicant, quarum prima ad Deum et SS. Trinitatem directa sit, ad Christum altera. e) Parte prima, inquit, *epinictum* Deo exercituum modulari ecclesiastim militantem a triumphante acceptum: post laudem uero et gloriam S. Trinitatis, altera parte sequi, **HOSIANNÆ** *gratiarum actionem* de aduentu Seruoris, qui pro salute nostra homo factus sit. f) Friget autem haec expositiō, quia *Hosanna* uox non comprehendit *gratiarum actionem*, sed preicationis carmen est, quod ipsum nonnulli Scriptores de Missa, persæpe inscripsi, et quasi aliud agentes, fassū sunt. Ita **ANONYMVS**, sed antiquissimus AVTOR *Expositionis Missæ Romanae* g) et Interpolator rythmicus

„Domini incarnationem dicendō: Be- sum a potioribus Romanæ ecclesiæ er- „nediatus, qui uenit in nomine Do- roribus docuit.

a) *De Rebus Ecclesiast.* c. 22.

b) c. XI. in *Cochlaei Speculo* p. 203.

c) Ita **LVCIANVS** in *Philopatr.* ri- dens Christianorum preces, hymnum vocat, qui varias Dei et Christi contineat adpellaciones.

d) *Praeclare de hac re THEOD. CHR.* LILIENTHAL pag. 7. et 18. *Tr. de Canone Missæ Gregoriano*, cuius dissen-

e) **Ioh. BONA Rer. Liturg.** I. II. c. 10. p. 417. IO. 51. **DVRANTVS de Rit.** Eccl. p. 292.

f) **I. B. CASALIVS de Veter. Sacr.** Christianor. ritibus p. 81. ed. Rom. in fol.

g) Apud **EDMVNDVM MARTENE** de *Aurig. Ecclef. Ritibus* T. I. p. 455. edit. Antwerp. in fol. ubi exponit *Hosanna in excelsis* hunc in modum: „Sal- „uifica, subaudiendo uel populum tuum „uel totum mundum, cui idcirco addi- tur

cus Missae TH. AQVINATI adscriptae, b) interpositis carmini *Hosanna in excelsis* uersibus, quod uerum est, prodiderunt.

Sed hae interpretationes quantae quantae sint, vix tamen efficient, ut *Hosanna* uocem commodo loco in forma Missae Romanae positam esse existimem. Scholasticus ille, qui canonicam prece ex uariis uariorum Liturgiis collectam, in unam contulit, forte uix melius ac uiri, a me pag. VIII. memorati, Hebraice doctus, Carmen *Hosanna*, cuius significationem ignorabat, male dispossuit, certe parum ingenio ualuit, quia sanctorum quedam nomina, bis, in suo canone commemorauit i) GREGORIVS M. autem, de *canonica* sua *prece*, ab occidentis ecclesiis recipienda, tantum sollicitus, uocabulum *Hosanna* ex Liturgiis Graecis adscitum uel non potuit, uel noluit, curatius inuestigare. k)

In qua usus *Hosanna* ad diuinae laudis in Missa Latina celebrationem, perueritate, bene et sapienter factum est a magno emendatorum sacrorum auctore LVTHERO, quod, ubi Gregorianae Missae Praefationes easque Latinas, in magna cum ciuitatum ecclesiis retinendas censuit, diebus maxime festis, inanem illam praefationis, in duplex *Hosanna* desinens, clausulam abiecit \*) hacque ratione pariter ac commoda uersione c. 25. Ps. CXVIII. quam praeclare uim potestatemque uocis *Hosanna* cognitam habuerit, comprobauit.

## Vt

„tur in excelsis, quod aduentus Christi  
„non tantum hominum salus, sed totius  
„mundi sit, terrena iungens coelestibus,  
„ut omne genu ei fleatur  
„caelestium terrestrium et inferorum.“

b) Exhibet hanc interpolationem Canonis Missae rythmicae BONA Rer. Liturg. L. II. c. 10 pag. 418. ubi, quia *Interpolator* uocabulo *Hosanna* hos subiicit uersus:

Nobis celebrantibus illud sacramentum  
Et cunctis fidelibus fiat nutrimentum.  
Platum est, cum exorare sibi per illud Ho-

*sanna* auxilium diuinum, quo S. Eucharistia ad salutem aeternam fruatur.

i) Vide POLYDOR. VERGILIVM de Rer. Inuentor. C. IO. WALAFR. STRABONEM I.

k) uide LILIENTHALIVM de *Can. Missae* Greg. Tr. Lugd. [Bat. 1740. in 8. ed. pag. 19.

\*) Nam laudatio Dei quam Chorus cantat Sanctus, Sanctus, etc. definit in gloria tua, ut uidere est in C. l. Resp. et Praefat. Hymnarii ecclesiast. Dresdensibus Lipsiensibus aliisque additis, et in nostro Vitebergensi p. 947. Quaautem ratione

C. l. resp. et prefat. Hymnarii ecclesiast. Dresdensibus Lipsiensibus aliisque additis, et in nostro Vitebergensi p. 947. Quaautem ratione

Vt autem olim in Missa et Graeca et Latina secus adhibita est illa vox: ita hodieque in ecclesiae nostrae canticis quibusdam, minus rectum usum eius adscitum uidemus.

Non iam commemorabo quam inepte fecerint, qui in b. LUTHERI hymno illo natalitio, *Vom Himmel hoch da komm ich her*, offensi antiqua uoce *Susamine*, <sup>1)</sup> ad somnum infantibus inducendum composita, eam fultulerunt, in eiusque locum *Hosanna*, quasi aptiore formulam substituerunt. Nam hodie in plerisque hymnorum ecclesiasticorum libris restituta legitur antiqua vox a LUTHERO suauiter usurpata, idque etiam in Vitebergeni hymnario factum.

In hymno BENI SCHMOLKII, *Hosanna Davids Sohn*, ex octo strophis eadem formula incipientibus, una modo sexta est, in qua id uocabulum ea significatione, quam supra exposuimus, adhibitum uideas: in reliquis Poeta huic uocabulo uim attribuit carminis, quod uictori accinatur. Idem fecisse pater auctorem hymni, *Komm du werthes Loesegeld*, quum is ita canit in stropha tertia: *Nimm mein HOSANNA an, mit den Siegespalmenzweigen.* <sup>m)</sup>

Nec

tione factum sit ut Latina haec in confessionis Lutheranae ecclesis recepta fuerint, ex *Forma Missae Latinae pro ecclisa. Vitebergeni* an 1523. a Lutheru edita et emendata, post an. 1526. cum theotifi ionethm eo fine vulgata, ut in festis latina-lingua, alius diebus vernacula ualeret, docui in diff. de *Sacerdotio lat. ling. ad altare cantillane* pag. 33.

<sup>1)</sup> Recite LUTHERVS hanc uocem praetulit superflitos odis ad canas Iesu tum cantori soliti. Propria est vox naenii et lallis, quos infantum soporandorum caussi muliercula decantant. *Sufu* est dormire, et *Niue* infans, ut docuit I. G. WACHTERVS *Glossar. Germ. T. II.* ad b. uoc. p. 1651. Frustra Wibelius quidam ex Hebraica lingua uocem designare voluit in denen *Uysch. Nachr. L. Alteri* und

Neuen von Theol. Sachen ad ann. 1744. p. 744. Muliercula scilicet Hebraice non sunt. Vide SCHAMELIU Euang. Liedercommentarium p. 124.

<sup>m)</sup> 104. RIST in hymno: *Auf, auf ihr Reichsgenossen per illud Hosanna, quod elatum cupit alta uoce, aeternas laudes et gratias Christo dedicat stropha hymni ultima:*

Drum wollen wir allein  
Die Stimmen hoch erschwingen  
Dir Hosanna singen  
Und ewig dankbar seyn.

Auctor cantici laudis diuinac: *Hallelujah Leb Preis und Ehr ad modum hymni: Wie schau leuchet der Morgenstern,* compositi, cuius quatuor Strophae formula *Hallelujah* incipiunt, *aeternum Hosanna* habet, stropha tertia, sub fine.

Da

Nec iniuriam videor facturus esse praestantissimo Theologo,  
**PHIL. NICOLAI**, si dixero, eum similiter errasse in illo excellen-  
tis artis hymno de vita aeterna: *Wachet auf ruft uns die Stimme.*  
Nam ibi strophæ secunda n) introeuntes beatos in gaudia sine  
fine duratura, clamare facit **HOSIANNÆ**, tanquam ad salutandum  
et excipiendum Christum, cum suis coniuiuaturum.

Multo plus autem difficultatis habet, quod idem diuus **NICOLAI** in alio hymno: *Wie schoen leuchtet der Morgenstern*, sub fi-  
nem strophæ secundæ o) uocabulum **HOSIANNÆ** ita posuit, ut  
neque cum antecedentibus, neque cum consequentibus uerbis il-  
lud cohaerere videatur, nisi floris habeat significationem. Quare  
fuerunt, qui putarent, scripsisse b. **NICOLAI** שׁוֹשָׁנָה *schoschannah*,  
quod *Cantic. Salom. II. 1. 2. c; VII. 3. Hof. XIV. 6.* lilyum est, cu-  
iusmodi nomen modo fuerat paullo ante decantatum: *Mein Herz  
heißt dich ein Lilium.* Sed primum ea vox metro repugnat: deinde  
in *Cantico Canticorum sponsa* est, quae se ipsa *Lilium* nominet. p)  
Itaque mihi magis arriderent sententia b. **IOACH. WEICKHANNI**, q)

C 2 qui

Da ist Freude  
Da ist Weyde  
Himmelsch Manna  
Vnd ein ewig *Hofianne*.

sponsæ Dialogo. Vide C. M. PFAFF.  
FII disp de *Hofianna* supra cit. p. 13.

- n) Nunrum canit:  
Nun komm du werthe Kron.  
Herr Iesu Gottes Sohn  
*Hofianne* Wir folgen all  
Zum Freudenfaal  
Und halten mit das Abendmahl.  
o) Ey mein  
Blümlein  
*Hofianne*  
Himmelsch Manna  
Das wir essen  
Deiner will ich nicht vergessen.  
p) Eodemque nomine appellat spon-  
sam sponsus in perpetuo hoc sponsi ac

q) In egregio libro qui Lipsiae 1704.  
in 8. prodiit *Erklarung des Liedes:*  
*Wie schoen leuchtet der Morgenstern.*  
Ibi p. 176 haec legis. Wenn Iesu  
himmelsch Manna genenne wird, das  
wir essen, wird nicht eben aufs fa-  
cramentalirliche Essen gezielt, sondern  
nur angezeigt, wie ein Glaubiger  
sich die Süßigkeit, welche er in Iesu  
findet, gläubig zueignet. Weil es  
nicht ein Werk unsers Vermögens  
ist, sondern Gottes Kraft und Beystand  
dazu erforderet wird, so wird *Hofianne*  
eingerückt. Ach Herr hif, womit ein  
gläubiges Herz Iesum um seine Hülfe  
und Beystand bitter, um die Fülle, die  
es in ihm findet, sich zuzueignen.

XX. DE HOSIANNA IN LITVRG. GR. ET LAT.

qui uelut excusaturus Poetam, *Hosanna* illud, medium inter uoces Flos et Manna infarcitum censet, et precem interpretatus est, obsecrantis Deum et Christum, ut opem ferat animae fruendi Christi desiderio affectae.

Atque haec sufficiat hoc tempore de precum carmine **HOSIANNA** disputasse. Nam institutum nostrum erat, ut Vos, **CA-  
RISSIMI CIVES**, inuitaremus ad pie concelebranda Christi **S<sub>eav-</sub>  
S<sub>eav-</sub>** Natalitia, quae, iam pacatis rebus nostris, et academia extot  
ruinis suis paullatim exfurgente, feliciter redierunt.

Age igitur, hoc inenarrabile beneficium Christi, de caelo ad nos saluandos delapsi, quanta maxima possumus grati animi significatione prosequamur, et, dum ad altare pro uerbi diuini ministris, ex more, oblationes faciemus, mentibus nostris ad Christi cunas uenerabundi accedamus, eiusque maiestatem suppliciter oremus **HOSIANNA**, ut hanc **ACADEMIAM** porro saluam praefestet, atque hunc eius statum indies magis ac magis amplificet. Adprecemur *Hosanna* **FRIDERICO AVGVSTO** nostro, et **ElectoratuS ADMINISTRATORI** ut aeternus et immortalis Deus seruet, et in perpetuum saluos praefestet **PRINCIPES OPTIMOS**, idque precationis carmen dicamus tanto lubentius, quanto gratior nobis et ad posteros nostros commemorabilior fuit eorum nupera erga nos liberalitas, in aede academica restauranda.



Wittenberg, Diss., 1765-66  
X 22842 94

ULB Halle  
007 439 563

3



v318



**Farbkarte #13**

B.I.G.

Black

3/Color

White


Magenta

Yellow

Green

Cyan

Blue



TI FRIDER. WERNSDORFI  
P. P. O. ALVMNOR. ELECTORAL. EPHORI  
LEGII THEOL. H. T. DECANI

COMMENTATIO

DE PRECE

S I A N N A

SQVE IN LITVRGIA VSV

EMNIBVS IESV NATO SACRIS

P. P

AN. MDCCCLXV



VITEMBERGAE

ERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII  
ACAD. A TYPIS